

ptelam ab reo. Sit ergo hæc conten-  
tio prima uerborum, in qua etiam  
si propius accedat ad consuetudi-  
nem, mentemq; sermonis defensoris  
definitio, tamen accusator sententia  
legis nititur. Negat enim probari o-  
portere, eos, qui leges scripserunt, ra-  
tum habere iudicium, si totum corru-  
ptum sit, si unus accusator corru-  
ptus sit, rescindere nititur æquitate,  
ut illa quasi scribenda lex sic esset,  
quæq; tamen complectetur in iudi-  
cij corruptis, ea uerbo uno præuari-  
cationis compræhendisse dicitur. De-  
fensor autem testatur cōsuetudinem  
sermonis, uerbic; uim ex contrario  
reperiet, quasi ex uero accusatore,  
cui contrarium est nomen præuari-  
catiōis: ex consequentibus, quod ea  
litera de accusatore soleat dari iudi-  
ci: ex nomine ipso, quod significet  
eum, qui in contrarijs cauissis, quasi  
uarie esse positus uideatur. Sed huic  
tamen ipsi confugiendum est ad æ-  
quitatis locos, ad rerum iudicatarū

F auto-